COLLECTIO EPISTOLARUM VARIARUM

Oberitalien (Bologna?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 53r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

ecclesiastice pie canonice que sepultum. quod ad felicitatem maximam vobis debetis ascribere attenta continua mutatione fortune que nunc vos cum infelici cede prestetit et celum dominus illius statuit pro sepulchro. Ponite denique et ista est finalis exhortatio mea ipsius merita an luminaria ira et illa cum meam circumspectio terminat sit quod digni ipsius dicamini successores. Operis vobis namque optimum dimisit exercendum videlicet quod a stirpe a quo estis exorti non sinistret sed illum vestris reddatis virtutibus clariorem mereaminique genitore bonitate filiorum per secula predicari. Gaudium enim mortuus est heredes habere probatos et salutis memores circaque elemosinis et bonis actionibus gaudent serenitate celorum. Postremo in tanta perdicione vivatis quod gloria vobis sit et michi qui omnia mea vobis offero oblacione sincera. Valete etc.

Clxxviiij Fratres carissimi. Habemus honorandum et conspicuum nostrum .n. de .n. gravi infirmitate grauatum pro cuius salute expedit ut remedia sibi cuncta queramus in tergue utinque pericium famosi artium et Medicine doctoris Magistri .n. de .n. honesti Civis nostri cuius egritudinis animam diu cognoscere solitus est illisque mederi desinit flagitare. Quare ut sue sospitati succurramus fraternitatem vestram cordialissime deprecamur quatenus eidem Magistro .n. veniendi Bononiam ad curam dicti .n. velitis licentiam facere subito elargiri. Hoc in gratiam singularissimam assumentes. Reputat siquidem idem .n. absque dicto Magistro .n. non posse sanari. Datum etc.

Super eodem scribitur medico. Egregie et famose doctor. Expedit magnificis Collega nostri domini .n. corpore vel vere tortus ammirabili infestatione dolorum et podagra egritudine nova vexatus a quibus se putat nullatenus liberari vellet que vos omnino hec presentem ut in convalescentiam veniat subitam et salutem. Quare vobis precipimus et mandamus quatenus statim visis presentibus vos Bononiam conferre velitis ad curam dicti domini .n. reputantis se sine presentia vestra in sospitatem nullatenus proficisci. Nam omnis vestra tardacio sibi dolores et egritudines amarissimas amaritudines crudelissimas renovabit. Datum Bononie.

Clxxx

Dominis de Saluzzo Magnifici fratres amici Carissimi Regressus ad nos de Venetiis Otren nostro Milite domino .n. dilecto Cive nostro nobis exposuit grata recepcionis honorabilem et amicam qua de ipso nostri Comunis contemplacione fecistis ac bonam intencionem firmam et constantem quam erga Comunitatem nostram hactenus dispositionem et intendit explicavit per quam mentes nostras exhibuit bene contentas et adplacita vestra dispositas quam Comunitas nostra semper bene contentas et personas vestras genus vestrum de singulari fuit dilectione complexa et personas vestras specialiter peramavit. Et teste deo ut huius vobis nostre dilectionis signum evidens ostendamus. In ista equitacione Comitis .n. cum illos de .n. eidem precipimus et iniunximus quod contra vos et subditos vestros nullam aliquam viam mirum facerent novitatem. Speramus enim

Clxxx